



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 60. Hujus scriptoris opera.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

Pontifice Kisami in Creta Episcopus fuit Sæc. XVI.
 nominatus, inde vero Romam revoca- A.C. 1550.
 tus a sua Sanctitate ad Tridentinum
 Concilium decernebatur. Obiit ut
 mox memoravimus Anno Domini
 millesimo quingentesimo quinquagesimo.

§. LX.

Hujus Scriptoris opera.

Hic idem inter ingenii sui monumen-
 ta reliquit plura, eaque sat erudita
 in sacros libros opuscula, ex quibus pri-
 mum *Cosmopœiam*, seu de mundi opificio
 inscripsit, in eoque tria priora Geneseos
 capita explanat, necnon de creatione
 mundi, Angelorum, & cœlorum, &
 insuper de antiquitate, ac veritate Histo-
 riæ Mosaicæ, & denique agit de iis, qui post
 diluvium genus humanum in orbe pro-
 pagarunt. Utitur ibidem Hebraico tex-
 tu, necnon septuaginta Interpretum ver-
 sione, expositoque sensu literali & Hi-
 storico Scriptorum veterum & profano-
 rum testimonia profert, quibus præter
 Judæos ab aliis quoque Nationibus cog-
 nitum fuisse mundi principium ostendit,
 & nequaquam historicas æque, ac Phi-
 losophicas annotationes inferere præter-
 mittit.

Q 5

Alte-

Sæcul. XVI. Alterum ejusdem Scriptoris opus
A.C. 1550 complectitur notas in Pentateuchon, ubi textum cum versione Græca, ac latina confert. Tertium opusculum continet commentarium literalem in librum Job, ac in quarto habetur itidem commentarius in quadraginta septem Psalmos. In quinto hanc quæstionem: *An vulgata editio sit D. Hieronymi?* examinat, atque affirmantium parti accedit, levia tamen in eam menda irrepsisse haud dissitetur, affirmatque neglecta hac editione textui hebraico insisti posse. Scripsit etiam sextum tractatum *de perenni Philosophia*, in quo libello profunda eruditione pleno demonstrat, quod Paganorum Philosophi *Ens quoddam supremum* agnoverint, simulque admiserint Mundi, Angelorum ac dæmonum creationem, necnon hominis efformationem, atque animæ immortalitatem; quinimo non desuisse quosdam asserit, qui quamdam etiam de SS. Trinitatis mysterio cognitionem habuerunt. Denique postremum hujus Scriptoris opus consistit in duobus libris de dubia Constantini Magnidonatione, quam tamen ipse pro aris, & foris propugnat adversus Laurentium de Valle, qui eam tanquam falsam explodebat.

§. LXI.